Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et posuit inmaculatam uiam meam. Qui p
fecit pedes meos tamquam ceruorum: et sup
excelsa statuens me. Qui docet manus
meas ad prelium: et posuisti ut arcum ere
um brachia mea. Et dedisti michi protecti
onem salutis tue: et dextera tua suscepit me.
Et disciplina tua correxit me usque in finem: et
disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti
gressus meos subtus me: et non sunt infir
mata uestigia mea. Persequar inimicos
meos et comprehendam illos: et non con
uertar donec deficiant. Confringam illos
nec poterunt stare: cadent subtus pedes me
os. Et cinxisti me uirtute ad bellum: et
supplantasti insurgentes in me subtus me.
Et inimicos meos dedisti michi dorsum:
et odientes me disperdidisti. Clamauerunt
nec erat qui saluos faceret: ad dominum
nec exaudiuit eos. Et comminuam eos ut
puluerem ante faciem uenti: ut lutum platea